



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 18. Concilium Constantinopolitanum Secundum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV.
A. C. 381.

§. XVIII.

*Secundum Concilium Constantino-
litanum.*

Interim Imperator Theodosius, quod
Concilium Aquilejensem petierat,

Zusallibilität ziemlich nachtheiligen Schlusß gema-
het.

Nämlich unser Uebersezer will einmal als ein
Mann angesehen seyn, welcher im Stande ist, die
Römischen Päpste, und den Cardinal Baronius zu
beschimpfen, und die Ehre haben, in seinen elenden
Anmerkungen den Cardinal Baronius zu beschmä-
hen. Nun ob er schon keiner Antwort werth ist, so
will ich doch ihm zu Liebe, und dem Leser zu einer
Ergezung, ein kurzes Gedicht ausschreiben, welches
sich auf die Annales des Cardinals, und auf
das vergebliche Vellen des Uebersezers sehr woh-
schickt. Ich habe es vor einem Jahre in gut
muthigen Blättern gelesen.

So pflegt ein edles Ross beherzt einher zu schre-
ten,

Wenn zwanzig Rüden ihm gleich jeden Schritt
bestreiten.

Es trabt voll Muth die Bahn, darauf es abgefüllt,
Wenn mancher Kläffer hilft, der nichts von Ehr-
föhlt.

Wie leicht wär's ihm, ein Huf an dessen Hirn
zu wezen,

Des Ohnmacht wütend tobt, zu schwach, es zu
verlezen.

Doch seine Grossmuth fragt nach leerem Gelben
nicht,

Und spricht kaum Schlamm und Scroth dem Führet
ins Gesicht.

aliud convocavit, ut Orientem, præser- Sæculum IV
tim Ecclesiam Antiochenam pacaret. A. C. 381.

Non vero convocavit Alexandriam, sicut
Occidentales optaverant, sed Constan-
tinopolim, & plerique Episcoporum, qui
Magno Concilio interfuerant, etiam an-
no sequente 382. Antonio, & Syagrio
Consulibus, ineunte æstate, illuc commi-
garunt. S. Gregorius Nazianzenus quo-

Theod. V.
que invitatus excusavit absentiam, & hac c. 8.

super re ad quemdam in officio constitu-
tum, cui nomen Procopius, litteras dedit
in hunc modum: *mea indoles, ut verita-
tem fateor, omnes Episcoporum Conven- ep. 55.*
*tus refugit. Quia nullum unquam Conci-
lium vidi, cuius prosper fuisset exitus,
quodque malum non auxerit magis, quam
fustulerit. Ambitio, & vincendi pruri-
tus (ne, quæso! verba mea scandalo tibi
sint!) ultra quam credi possit, in his cæ-
tibus dominantur. Et, qui improbos ar-
guere vult, periclitatur, ne & suæ famæ
detrimentum patiatur, & alios non emen-
det. Quamobrem in meipsum me colligo,
nullamque animæ securitatem, quam in sola
quiete invenio. Præterea alia causa me
ista cura eximit, nam morbo labore, qui
iter facere prohibet, & proximam mortis
horam annuntiat. Itaque excusatum me
babe, & Imperatori suggero, ne me desi-
diæ accuset, sed infirmitati ignoscat, cu-
jus causa summam gratiam obtinui, ut ab-*

Hist. Eccles. Tom. IV. Xx dica-

Sæculum IV. dicare licet. Credidere, morbum fa-
 A. C. 382. gi, atque iterata mandata per alium spe-
 ctatum Ministrum, atque Olympium,
 ep. 76. Cappadociae Praetorem, missa. Cœterum
 ep. 83 84. tanta Conciliorum aversatio, quæ etiam
 p. 842. in aliis S. Gregorii Nazianzeni scriptis
 Carm. II. peritur, nullatenus reverentiae nocet
 debet, quæ universaliter his sanctis Con-
 ventibus exhibenda, cum aliunde Con-
 ciliorum agendorum necessitas luculent
 sit demonstrata. Facile quisque observa-
 bit, generosam viri indolem, iis, que con-
 tra optimam ejus voluntatem in magno
 Concilio Constantinopolitano evenerant,
 acerrime iactam fuisse; senectus quoque,
 & morbi continui tedium augebant.^(*)

Episcopi Orientales, Constantinopoli
 Theod. V. congregati, Epistolam Synodalem, ab Oc-
 6. 8. cidentalibus missam acceperunt, quæ
 magnum Concilium, quod tunc Romae
 agebatur, invitabantur; ipsi vero exal-
 fatos se haberi petierunt, quod tan-
 longum iter nullius fore utilitatis crede-
 rent. Epistola responsoria directa erat
 ibid. c. 9. ad Damasum, Ambrosium, Britonem,

^(*) Hic in adjecta Nota Protestans audet
 cere; Concilia Ecclesiæ plus nocuisse, quam
 profuisse. Nempe, in Conciliis omnes Heresi-
 damnatae fuere, & Interpres cum Ovidio cum:

Eleg. I.

Ignoscant Augusta mihi loca, Diique Locorum,
 Venit in hoc illa fulmen ab Arce caput.

um fin-
um spe-
mpium,
eterum
e etiam
iptis n-
nocere
tis Con-
e Conc-
culenter
observe-
que co-
magno
enerant,
quaque,
pant. (*)
cinopoli-
ab Oc-
quaz ad
c Romz
ro exclu-
od tam
s crede-
cta era-
itonem,
. Val-
nudet de-
e, quin
Heres-
io canit:
ocorum-
put.

Valerianum, Ascolum, Anemium, Basi- Sæculum IV.
lium, aliosque Episcopos Romæ congre- A. C. 382.
gatos. Initium epistolæ ducunt a per-
secutione, quæ inter eos primulum ces- Epistola
sabat, cuius tristissimi effectus non nisi Orienta-
longo tempore reparari possent, licet lium.
enim hæretici Ecclesiæ essent depulsi, eo-
rum tamen pseudo-pastores eos foris
congregare, movere seditiones, & omni-
bus viribus Catholicis nocere; itaque,
subjungunt: *quamvis maximo desiderio*
teneamur, charitati vestræ, qua nos invi-
tatis, respondendi, Ecclesiæ nostras non
possimus derelinquere, quæ restorescere in-
cipiunt; imo plerisque nostrum absolute
impossibilis esset ista profectio; Constan-
tinopolim enim venimus juxta epistolæ, a
vobis anno superiore post Concilium Aqui-
lejense ad piissimum Imperatorem Theodo-
sium datas; () ad hoc iter solum compa-*
rati eramus, ad hoc solum Concilium con-
sensum Episcoporum, in Provinciis rema-
nentium, afferebamus; de longiori pere-
grinatione nequidem cogitavimus, aut de
ea aliquid ad aures nostras pervenit, ante-
quam Constantinopolim advenissimus. Præ-

X x 2 tereæ

(*) Ex his manifestum fit non sine S. Damasi
Papæ consensu, ut Interpres Protestans falso af-
firmat, Concilium Constantinopolitanum Uni-
versale a Theodosio Imperatore suis convoca-
tum.

Sæculum IV. terea quis tam brevi tempore longinqua
A.C. 382. profectio*n*i necessaria parare potu*is*?
 aut novam rem Episcopos nostra communi-
 nionis edocere, & exspectare consen*s*um?
 cum hæc ita se habeant, nihil aliud facere
 potuimus, quam ad vos Venerabiles fra-
 tres nostros Episcopos Cyriacum, Eusebium,
 & Priscianum mittere, quibus tesi*b*us
 præsentibus amore*m*, quo in pacem, &
 alium, quo in veram fidem ferimur, peri-
 pietis.

Ita enim res se habet; si persecutio*n*e
 sustinuimus, pro fide Nicena sustinuimus,
 quæ nos docet credere in Nomine Patris,
 & Filii, & Spiritus S. id est, in unam
 Divinitatem, Potentiam, & æqualis Digni-
 tatis, Regni coæterni in tribus perfectis Personis
 Hypostasis*b*, seu tribus perfectis Personis
 PROSOPOIS substantiam; ita ut errori Sa-
 belliano locus non sit, qui Hypostases con-
 fundit, aut proprietates destruit; nec er-
 rori Eunomianorum, Arianorum, & S.
 Spiritus inimicorum, qui substantiam, na-
 turam, aut Divinitatem dividunt, & in-
 ducunt naturam posteriorem, creatam, aut
 alterius substantiæ in Trinitate incredo*b*
 consubstantiali, & coæterna. Etiam Do-
 ñerinam Incarnationis purissime conserva-
 mus, nec in isto Mysterio admittimus con-
 nem sine anima, aut sine intellectu imper-
 fectam. Confitemur, Verbum Dei intelli-
 gre perfectum ante Sæcula, & his novis*b*

mis diebus hominem perfectum pro nostra saeculum IV.
 Salute factum esse. Hæc est summa fidei, A. C. 382.
 quam prædicamus, & de qua plenius edo-
 ceri potestis per Concilii Antiocheni Sym-
 bolum, & per Symbolum Concilii Oecume-
 nici, quod anno superiore Constantinopoli
 celebratum. Istud, de quo mentio est,
 Concilium Antiochenum, illud anni 379.
 fuisse creditur; atque his dispicitur,
 Orientales Constantinopolitanum anni ^{Sup. XVII.}
 381. pro Oecumenico habuisse. ^{§. 48.}

Tum rationem reddunt de iis, quæ
 circa Disciplinam statuerant; scitis, in-
 quiunt: antiquam Regulam, Decreto Con-
 cilii Nicæni confirmatam, ut ordinatio-
 nes fierent in qualibet Provincia ab Episco-
 pis Provinciæ, & si vellent, vicinos ac-
 cerserent. Itaque ad Ecclesiam Constanti-
 nopolitanam nuper restauratam, ordinavi-
 mus Episcopum Venerabilem Nectarium in
 Concilio Oecumenico, communibus suffra-
 giis, spectante piissimo Imperatore Theodo-
 so, omnibus Clericis, & tota Civitate con-
 sentientibus. Pro Ecclesia Antiochena
 illius Provinciæ, & Diœcessis Orientis
 Episcopi Venerabilem Flavianum totius
 Ecclesiæ consensu Canonice elegerunt; at-
 que toti Concilio hæc ordinatio tanquam
 legitima probata est. In Ecclesia Jerozo-
 lymitana Episcopum agnoscimus venerabi-
 lem Cyrillum, olim ab Episcopis totius
 Provinciæ ordinatum, qui diversis in locis

Sæculum IV. ab Arianis multa passus est. Orientales
A. C. 382. in fine suæ epistolæ Occidentales hortan-
 tur, ut in Spiritu unionis, & Charitatis,
 deposito omni præjudicio, & affectu pri-
 vato in omnia consentiant.

§. XIX.

Concilium Romanum.

Soz. VII. At Orientales Occidentalibus non per-
c. II. suaserunt, ut in articulo gravissimo,
 nempe ordinatione Flaviani acquiecerent. Damasus Papa, & omnes Episcopi
 Occidentis Epistolas suas Synodales ad
 Paulinum, tanquam Episcopum Antio-
 chenum direxerunt; Flaviano non scri-
 pserunt, nec ultra cum Diodoro Tarsoensi,
 & Acacio Bereensi communicarunt, qui
 eum ordinaverant. Ægyptii quoque,
 & Arabes Paulino adhærebant; at Syri, Palæstini, Phœnices, Armeni, Cappado-
 ces, sicut plerique ex Galatia, & Ponto
 ad Flaviani partes accessere. Hæc om-
 nia sunt, quæ de isto Concilio Romano
 scimus. Ex inscriptione epistolæ ad
 Orientales videmus, S. Ambrosium, S.
 Valerianum Aquileensem, S. Asculum
 Thessalonicensem, & Anemium Sirmien-

Hier. ep. 27. sem interfuisse; aliunde autem constat,
ad Eustoc. c.
2. ep. 16. ad S. Epiphanius, & Paulinum Antioch-
Prim. c. 3. num, comitante S. Hieronymo ex Orien-
 te advenisse. S. Epiphanius apud Paulam
 Matronam Romanam tunc nobilitate, &
 exinde